



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 58. Eugenius Papa a Basileensibus contumax declaratus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

§. LVII.

Sæcul. XV.

A. C. 1437.

*Sessio XXVIII. Basileensis Synodi.*

Basileenses his minime territi ea, qua *Labbe Conc.*  
 cæperant via, pergentes judicii actato. 12. p. 590.  
 prosequabantur, atque cum elapso sexa-  
 ginta dierum termino nec Pontifex, nec  
 ejus nomine alias compareret, prima  
 Octobris, quæ erat feria tertia, Sessio-  
 nem vigesimam octavam ea, qua poten-  
 rant, solemnitate celebrabant, Episcopo  
 Vicensi Missam de Spiritu sancto cantan-  
 te, ac Præsidis munus obeunte. Inter-  
 erant quoque non pauci Præfules, mitris  
 ac Pontificio habitu insignes. Cum ergo  
 Eugenius nec ipse met ad Synodum veni-  
 set, nec nomine suo Procuratorem, licet  
 impense rogatus, misisset, Promotores  
 Synodi petierunt, ut Eugenius contu-  
 max declaretur, hinc illico in eum lata est  
 sententia his verbis concepta.

§. LVIII.

*Eugenius Papa a Basileensibus contu-*  
*max declaratus.*

*Sancta Synodus Basileensis in Spiritu sancto*  
*legitime congregata, universalem Eccle-*  
*siam repreſentans decernit, declarat, & re-*  
*putat dictum Dominum Eugenium legitime*  
*citatum, ſufficienterque exspectatum, fuſſe &*  
*eſſe contumacem, & ejus absentia non obſtan-*

te

Sæcul. XV.  
A. C. 1437.

te contra eundem Dominum Eugenium Pam ad ulteriora fore procedendum, pro sacro Concilio videbitur, consideratis necessitatibus, & utilitatibus Ecclesiæ universis (').

§. LIX.

*Sessione XXIX. Basileensis Concilii.*

Labbe Conc. Post hæc Basileenses, cum probe intel ligerent, Eugenii Papæ Bullam de Sp

tom. 12. p.

593.

nodo Ferrariæ celebranda ubique diligari, eamque, licet primum decima octava Septembbris suis et edita, plurimorum tamen applausu jamjam acceptari, feliciter huic successui obicem ponere conabantur. Quapropter die Sabbati duodecima Octobris Sessioni vigesimam nonam celebrabant, eo fine, ut non modo Eugenium monerent, ut Bullam suam, & praetensam (quemadmodum ipsi ajebant) Synodi convocationem ad civitatem Ferrariensem rescinderet, sed simul eidem significarent, quod ejus opinio de autoritate Ecclesiæ merito sibi suspecta vide

retut,

(\*) Tempore latæ hujus sententiae (ut obser vant acta Patriciana) Regis Hispaniæ Legati indignatatem facti abhorrentes recesserunt, eum decreto se Regis sui, & Prælatorum, a generationis nomine minime consentire contigit fuit.